


Cyllenes summo de Vestire quò prospectus  
 Phoebigenam affari Lentus Atlanteade?  
 Dissipio, fontesne Tagi petam, an Ostra Rhem;  
 Dum mea tam Dubio Bilbilitis orbe latet.  
 Ut nisi monstravit patriam manifesta loquela;  
 In Batavis natum crediderim HUGENIUM



Et miraris VIR NOBILISSIME. Cunctantius me venire ad Te, cuius  
 Lepores nec assequatur Mercurius? Tu propetibus istis pennis tam sublime  
 Volitans, et vides omnia infra Te, et despicis Telluris pondera, meamque  
 inter illa Testudinem dudum exsanguem, et nisi facerent tua illa  
 MOMENTA SUBSVLTORIA, plane mortuam. Illa dum me non carptim  
 vellunt; dum denticulatim morstrant; et unguatim scalpuriunt ad  
 Vium; Vium ut me ridam perfererent, et EXSEQUIAS IRE Bilbilitano  
 illi, pridem Languidulo, iam etiam composito ac Collato, COMMODVM  
 EST. OLLVS ECFERTVR Melior Vacua iam regnat in Aula.

Feliciter MI REX. Bene TE; Bene Nos. Bene nostrum Saculum.

Dum Varabo PVLLI PVOESI, (nam varare quid vetet?)  
 Dum simul iuvat varare (quando quod iubet iuvat)  
 Non verebor Lector esse. Lector infulsissimus,  
 Aurcorum, Gemmeorum Carminum pollarium.  
 Malo Spiritu tenari malo longis haustibus  
 Hauriam, quod Tu propinas; quam semel carptim legam  
 Quidquid inter ambulandum de Diones hortulis  
 Suave spirans et Venustum displicere non potest.  
 Non dabo Diem Vel Horam, Vol Quadrantem horarium  
 Saculo debetur omne Saculum quod instruit.  
 Ne vel hic morer loquendo, scim quid Vnum postulem?  
 Lata quam sunt. Longa sint MOMENTA SUBSVLTORIA.

At enim ego hic repono Longe alia. Longa sane illa ne dicam tristia  
Defectus Solis Variis Lunaeque labores. Prodiit ante annum Antuerpia  
 congeries mea Eclipsium ab anno 1600 ad 1643 per Europam po-  
 tissimum respectarum. cuius ego exemplum credo tibi transmissum  
 ab eo cui ego illud hoc mandaueram; et quamquam credo; subdubito

tamen: quod nullo verbulo factam ab te illarum mentionem intelligam.  
Utumque est, non praeinde doleo ac indignor, tot mendis oppletas paginas:  
qua faciunt; ut si nondum venerunt in conspectum tuum, gaudeam quoque,  
Ceterum, iam ante duos istos annos (plus minus) scripseram ad Doctissimum  
GOLIVM, (a quo aliquot annorum Eclipse acceptas ad me transdidisti) ut  
et illas mecum communicaret, qua conspecta fuerunt Anno 1691 die  
18 Octobris; et vel maxime, qua Anno 1692 die 15 Aprilis sane quam  
memorabilis; et cuius tempora sunt ea transmisit ad me Gassendus non  
cohaerent cum Observationibus nostratibus. Et quia illa tanti sunt; ut  
posteritati facere possint furum; et ego cum Gassendo volitor: litteram  
istam decedat GOLIVS. Hoc faciet, si sentiat se Auctoritate Tua moneri.  
Reliquas abinde scrutas oro illum ne mihi velit mittere: quando nec  
ego auarus sum; atque in vobis communio Eclipse purioram. Ea coepit Noctis  
(horam est Ducis-Sylvae et Ultraiecti quam proximam) a Prima Penumbria ex  
hora 5. 20', afflante Limbum inferiorem colore Xerampelino. Initium dubium  
(Limbum tamen adhuc conspurcum) exhibuit hora 5. 45'. Morum ac colorum Initium  
remissum est hora 5. 47' Culminante Pleiade. Hora 6. 0' rari manifeste  
deficiebant digiti duo. Idem digiti duo superfluerunt hora 8. 36' paullo ante  
quam culminaret Pes Geminorum. et hora 8. 45' abierat adhuc semis digiti:  
qui demique restitutus est hora 8. 48' exactissime. Et hora 8. 50' Culminante  
Sirio adhuc dubitabatur de vero fine: quamquam Limbus rari emiraret. Ultima  
reliquia coloris rursus Xerampelini et peregrini conspecta sunt hora 9. 15'.  
Medium ex his omnibus collegimus remanensque in horam 7. 17½: quo tempore  
definibat aliquid tantillo minus quam digiti 9½, quasi dicitur digitos 9. 20'.  
Vobis TV VIR NOBILISS. iubeasque saluere a me GOLIVM nostrum:  
et me suorum laborum facere participem. Qui meas istas tibi tradit. Vir  
est apud Nos Nobilitatis, ac magna dignationis: ille et hanc mihi suam apud  
te operam commodat, et Tu (quod commodo Tuo fiat) commodus illi esse  
poteris in his qua praesat. quod adeo (si poteris) Te oro

NOBILITATI TVAE  
Substratus

Noctis prid Cal.  
Aprilis  
1695.

Gottifredus Wendelinus.



R

Huy

ad 16

Got. Wendelinus

NOBILISSIMO VIRO

CONSTANTINO HUGENIO

Toparcha in Ruytshheim

Cellidim Ser<sup>m</sup> ARAVSIENSI

Ab Aquis et Conflyis

Ad Comituum



